



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

Quod sapiens docere alios debet. cap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

missus me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra, misericordiam utique erga sapientes in bono: iudicium, & iustitia aduersus sapientes in malo. De quibus Ieremias ait, Sapientes sunt ut faciat mala, bene autem facere nescierunt. Sapientia ista doli, calliditatis, versutiæ, fraudum est plena, ista denique non hominis, sed diaboli sapientia est. Hac armatus erat serpens qui decepit Euam, hanc sequuntur illi de quibus in euanglio dicitur, Prudentiores sunt filii seculi filii lucis in generatione sua. Ab hac certe viri iustus abhorrebit, ut potius secundum dessquam secundum saeculum sapiens sit ac ne quando & ipse seculi sapientium capiatur sycophantijs, deum cum propheta orabit. ab homine iniquo & doloso erue me.

Iere. 6.

Lucas 16.

psal. 42.

## Quod sapiens docere alios

debet. Caput viii.

**D**ocuimus & quæ sequenda sapientia, & quæ fangienda sit, reliquum est, ut eos qui vera i.e. divina sapientia prediti sunt hortemur, ne creditum sibi salutaris eruditiois talentum in terra desodian, sed illuc dispensem, vnde cum suris exigi possit, & domino cui negotiantur, plurimum lucri accedat. Laxent igitur retia sua in capturam: alios doceant quod ipsi dñi dicerunt, & non sibi solum, sed alijs etiam prodeesse studeant, tantoque accepto beneficio se dignos praestent. Ut quid enim bonū sapientiæ tu qd dei benignitate sapiam adeptus es, cum proximis non comunicas, si nihil inde tibi deperit, si cōicatum etiam augetur & excrescit? Quis est n. qui docet, & docēdo non aliqd discat, & qd didicit non confirmet, cū de memoria facile labi soleat & exciderit, quicquid relinquit irrepetitū? Ita fit, ut ipse qd dedicas nisi docueris. Doce igitur ut doctior sis, aut saltem ne obliuioni tradas qd didicisti. Immo qd potissima alios docendi cā esse debet, doce ut beatior sis, qnq; uidē qd erudiunt multos ad sapiam fulgebūt (sicut scripsiū est) tanq; stellæ in ppetuas æternitates. Cassus pene Danie. 12.

N 2

pro. 8.

eccl. 10.

pro. 11.

Nūqd nō sapientia clamitat. Inquit Sal. & prudētia dat  
vocem suam in summis excelsisque verticibus super vi-  
am in medijs semitis stans iuxta portas ciuitatis, in i-  
psis foribus loqtur, dicens: Viri ad vos clamito, & vox  
mea ad filios hominum. Cum ergo docendi officio fun-  
gi debeat vir diuina sapientia eruditus, nonne sal fatu-  
um erit si tacuerit? nonne verum est quod dicitur: Sapi-  
entia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utris  
que? Quid iuuat lucernam accendere, & eam ponere sub  
modio? Profecto si sapiens fueris, non sub modio illam  
pones, sed super candelabrum & aliorum tenebras tuæ  
scientiæ luce depelles. Aut enim linguam exercebis in  
prædicando aut inscribendo manu, vt etiam de te dicatur  
possit, Os tuum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lin-  
gua eius. Plurimum quidem tibi apud deum meritorum  
accedet, quoties vel scriperis, vel dixeris aliquid, vel  
proprio ostenderis exemplo, vnde alii meliores effici-  
queant. Qui enim fecerit & docuerit sic, hic magnus vo-  
cabitur in regno cœlorum. Ipse dominus noster Chri-  
stus docuit nec apostolos suos passus est desidia otioq;  
torpere sed spiritu sancto repletos per diuersas orbis  
partes dimisit, vt errantes docendo in viam veritatis re-  
uocarent, atque illos quidem non itineris labor non p-  
secutionis immanitas ab officio deterruit, & te pigebit  
illorum saltem, a quibus nihil mali metuis, tuæ sapien-  
tiæ medicamenta conferendo, saluti consulere, & mul-  
torum animas dño tuo lucrari? Satis hæc desapien-  
tia, nunc simplicioribus detegamus inimici dolos car-  
nisq; pugnas, ne ab ihs incauti imprudentesq; superent.

## De dæmonum natura. Ca. ix.

**S**ed enim quo facilius callidissimi hostis machina-  
menta devitemus. Operæ pretium erit, prius natu-  
ram eius moresq; cognoscere. Dæmones igitur spi-  
ritus sunt, nocendi cupiditati expertes fastu elati, a-  
stiu' callidi inter cælum terramque habitantes donec po-  
stremo ad infernum detrudantur, vt rato eant inferius,